

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johannes Vorst Samuel Rachel

Peri Akusiu k[a]i Ekusiu, De Invite & Sponte Facto, Exercitatio

Rostochii: Richelius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730215970>

Druck Freier  Zugang



Rk phil 1650
Johann Vorhūr
Samuel Rachel



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730215970/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730215970/phys_0002)



Or

ΣΥΝΘΕΩ.
ΠΕΡΙ
ΑΚΟΥΣΙΟΥ
ΕΚΟΥΣΙΟΥ,
DE
INVITE & SPONTE
FACTO,
EXERCITATIO,
Quam
AUSPICE DEO
SUB PRÆSIDIO
Pereximii atque Clarissimi Viri
Dn. M. JOHANNIS VORSTIL.
Præceptoris atque Fautoris sui colendi,
Publicè disputandam proponit
S A M U E L R A C H E L I U S
Lundino - Dithmarsus.
Ad diem XXVIII Decembr. in Auditor. majori.



ROSTOCHII
Typis Johannis Richelii Senat. Typographi
Anno 1713. I. c. L.



V I R I S
AD MODUM REVERENDIS, CLARIS-
SIMIS, ET EXCELLENTISSIMIS,
Dn. JOHANNI REINBOTH,
S. S. Theologiae Doctori celeberrimo, Sereniss. Hol-
satiae Ducis Concionatori aulico, & per Slesvicum &
Holsatiam Superintendenti Generali vigi-
lantissimo, dignissimo,

Nec non

Dn. PAULO SPERLINGIO,
Ducatus Holsatiae Praepolito, Illustris Gymnasia
Bordsholmensis Pastori atque Rectori meritissimo,
fidelissimo,

**Dnn. suis Mæcenatibus, Patronis atque
Fautoribus suspiciendis**

Hunc tenellum ingenii fœtum

offert consecratæ

Samuel Rachelius.

Thesis I.

Recta sive bona actio est, quæ sit, ut recta ratio imperat, sive quæ cum lege naturæ congruit. Mala sive prava contra, quæ recta ratio vetat, sive quæ cum lege naturæ discrepat.

II. Ultraquæ est vel extéerna vel interna...

III. Externa est, quæ in sensu incurrit: Interna contra, quæ non incurrit. Cum homo foris hostem ferit: cum liberalis pecuniam erogat: cum injustus quendam gladio ferit aut interficit, sunt ex actiones externæ. Cum homo fortis dolet de damno sua Reipubl. ab hoste publico illato: cum homo liberalis cupit beneficium in quendam conferre: cum homo injustus cupit malum inferre, sunt ex actiones internæ.

IV. Non negabimus, internas istas actiones rectè quoque *passiones* appellari. Græci peculiari nomine *πάθη* appellant: Latini *Affectus*. Aristoteles sèpè conjungit *πάθη πάθη* & *πάθεια*, ut *I. III. Eth.* cum dicit, *πάθεια πάθη πάθη πάθεια*. Atque tunc per *c. 1.* *πάθη* intelligit dictas actiones internas: per *πάθεια* autem dictas externas. Esse autem *πάθη* ex mente quoque Aristotelis actiones, intelligi potest ex his: *νόοι τὸ οὐδέτερον καὶ λυπητὸν τὸ οὐδέτερον καὶ τὸ εἰληφτόν*. *I. III. de dr. c. 7.*

V. Non editur extéerna actio, quæ recta sit, nisi præcedat aut existat recta interna...

VI. Ut de externis judicari queat, quæ recta sit, quæ item prava, multum interest considerare *τὸ ἀκόστον καὶ τὸ ἐκάστον, invitè et sponte factum*. Qvamobrem etiam Philosophus doctrinam illam in tertio Ethicorum prolixè pertractavit.

VII. *Ακόστον* dicitur ex mente Philosophi, quod sit *τὸ βίαιον καὶ δύνατον, aut vi, aut per ignorantiam...* *I. III. Eth. c. 1.*

VIII. Non sentimus cum his, qui *τὸ ἀκόστον* unicâ definitione definiunt, sive qui ex ipsis Aristotelis unicam definitionem cùdunt.

IX. Porro *Τὸ βίαιον* violentum, Aristoteles definit, quod sit tale, *τὸ οὐδέτερον τὸ βίαιον τὸ τοπικόν, εἰ τὸ μηδέ τοις αὐθαίρετοι οὐ πάθεια καὶ οὐ πάθων, cuius principium extrinsecum ejusmodi est, ut ei neque qui agit,*

agit, neque qui patitur, quicquam conferat. Ut si quis à potentiore aliquo detrudatur aut deportetur, est illud violentum.

X. An verò agere quoque quis potest, ut principium actionis sit extrinsecus, & ipse agens nihil conferat? Dicunt posse: verbi causā, si quis tuam manū arripiat, & eā percutiat alium, aut tuum corpus allidat alterius corpori, tūm ipse diceris *actus*, sed viadictus, dum instrumentum es actionis, quam edit alter. Potest igitur actio quædam, quæ tua est ut instrumentis planè violentia vocari.

XI. Nulla ceterarū actionum, quæ nimirū non sunt hominis ut instrumenti, planè violenta est; hoc est, cuius principium sit extrinsecus, sive ad quā agens nihil conferat. Verbi causa, cum Antiochus Judæos hederā redimitos vi pertraxit ad sacrificia Bacchi, Judæorum actus sacrificandi non plane violentus fuit. Revera fuit libera actio, cuius principium in ipso agente fuit, & ad quā ipse agens atque contulit. Fuit in agentis potestate, istam actionem non edere. Si voluissest malum sustinere, ut martyres fecerunt, & quidam etiam ethnici, potuissest non edere. Dicitur autem *Biauο* & *anέσιος* talis actio, quia non edere cuperet agens, nisi aliud quid esset, quod eā ipsā declinandum aut evitandum videretur. Aristoteles *mixtam* vocat.

XII. Cum ista actio, de quā novissimè diximus, *Biauο* & *anέσιος* dicitur, non cā notione id sit, quā actio, quæ tua est ut instrumenti, atque item passio, *Biauο* & *anέσιος* appellatur. Et Græcæ igitur voces, itemq; Latinæ suūt homonymæ. Est tamen homony-
Arifl. I. 5. mia *τυράννος* & *ὑποτίητες* *τύχειον*.

Eth. c. 2. Eth. c. 1. Phys. c. 4. XIII. Qvod actio hoc posteriori modo *Biauο* est & *anέσιος*, id non facit, ut ea non sit prava. Nam, ut cordate Philosophus loquitur, *ενα την αναγνωρισθαι, αλλα μαλα την αποθηκην, περιττα τη δενοτητα.* Facere tamen quandoque potest, ut existat *αυγγράμμη* *βενια.*

XIV. Ejusdem generis actio sit *τηλοφορη μελοντα*, *τηλοφορη*, *vel* *proprietatem majorum malorum*, *vel* *propter bonum quoddam obtinendum.* Prioris exemplum jam adduximus. Posterioris exemplum est in Atheniensibus, qui suam urbem deseruerunt, ut fortius dimicarent mari.

XV

XV. Non est existimandum iudicanda esse violentia. *REASON* *Arist. I. III.*
*Et h[oc] aliud est cetera, alia p[er] aucto[r], sive genitivus est q[uod] tunc Eth. c. 1.
B[ea]UTY.*

XVI. Consideravimus *ἀξέσοντος* q[uo]d *βίαιος* sive *violentum* est,
sive q[uo]d fit *βίαιος*. Restat altera vocis significatio, q[ua]d nimurum si-
gnificat illud, q[uo]d fit *διάγνωσις per ignorantiam*.

XVII. Non omne factum per ignorantiam dicitur *ἀξέσοντος*
invitè factum: sed q[ua]dam modo per ignorantiam facta dicuntur
istò nomine.

XVIII. Primo necesse est sequi *τηλευτήν*, hoc est, eum, q[ui]
egerit, p[re]nitentia duci. Si quis frater fratrem, q[ui]em non agno-
scat, in bello confodiat, deinde comperiat, interemptum esse fau[m]um
fratrem; nihilominus, q[ui]a hostem interemis, sibi gratuletur, fa-
ctum ejus non dicitur *ἀξέσοντος invitè factum*.

XIX. Porro diversa sunt agere *διάγνωσις per ignorantiam*, & *ibid.*
agere *ἀποθέσις ignorantem*.

XX. Ignorans dicitur is agere, q[ui], dum agit, ignorat, sive non
recogitat quid agat, sed ita, ut illa ignorantia non sit princeps causa
illius actionis, sed aliud quid, q[uo]d ignorantiam induxit. Verbi cau-
sa, si quis per ebrietatem aut iram q[ui]ppiam designarit, is dicitur
ignorans fecisse, dum q[ui]degerit, non satis recogitavit. Verum igno-
rantia non fuit princeps ejus causa, sed ebrietas aut ira, q[ua]z ignoran-
tiam induxit.

XXI. Per ignorantiam is dicitur agere, cui ipsa ignorantia prin-
ceps actionis est causa, non aliud q[ui]ppiam.

XXII. Qui ignorans agit, tantum abest ut excusationem me-
reatur, ut gravius eriam ac dupliciter peccet. Optime de eo Philo-
sophus: *Kαὶ δὲ οὐ τὸ ταῦτα ἀγνῶσσον, εἰς αὐτὸν εἴη*
δικῆς τῆς ἀγνοίας, ob ignorantem etiam puniunt, si sibi ipse ignoratio-
nis causa q[ui]ppiam fuisse videatur. Unde ebriis duplices pena instituta
sunt: *in ipso enim qui inebriatur, principium est.* *Κύριος δὲ μὴ*
μεθυδηναί, sui quisque in eo Dominus est, ut non inebrietur, id quod
ignorantis est causa.

XXIII. Proba est observatio Philosophi, *τὸν ἀγνοεῖν ignorantiam* *I. III. Eth'*
A 3 *c. 2.*

tiam esse vel *negatio* & universalis vel *negatio* *enase*, ex oīc n̄ tēl à
n̄ w̄ḡz̄s particularium, sive eorum, qvæ sunt circa singula (circum-
stantiarum).

XXIV. Ignorantia *negatio* & universalis est, si qvis ignoret univer-
sales propositiones de agendis vel omittendis, qvas nemo ignorare
debet, sive si qvis ignoret majores propositiones talium syllogismo-
rum, qvos facimus, dum honeste vel turpiter agimus.

XXV. Ignorantia *negatio* & particularium est, si qvis ignoret
circumstantias, qvæ actionibus adhærent, sive si qvis ignoret mi-
nores propositiones dictorum syllogismorum. Exemplum capia-
mus ex hoc syllogismo: Adeum locum, in quo homo versatur, non
licet sagittam emittere. Iste locus, ad quem ego arcum dirigo, est ta-
lis locus, in quo homo versatur. Iste igitur locus talis est, in quem sagit-
tam non licet emittere. Si qvis, qui sagittam emitat in talem locum,
istius syllogismi majorem propositionem ignoret, dicitur ejus igno-
rantia *negatio*. Si vero ignoret minorē propositionem, dici-
tur ejus ignorantia *negatio*.

*l. III. Eth.
c. 2.*

XXVI. Tā *negatio* particularia sive *wēisōc* eis circumstan-
tia, qvæ in actionibus sunt considerandæ, secundum Aristotelem sunt
istæ: *nūc*, *nūc*, *et nūc*, *nūc*, *nūc*, *oīc*, *oīc*, *et nūc*, *nūc*, *nūc*,
qvis, qvid, circa quid, quo instrumento, cuius gratia & quomodo. His
Piccolomineus addit, quando, coram quo, & quamdiu.

c. 12.

XXVII. Ignorantia universalium propositionum, qvæ natura
notæ sunt, ac ipsum sunt jus naturale, non facit, ut actio non sit prava
aut excusationem & veniam mereatur. Ignorantia vero particula-
rium idem facit. Debet tamen hæc non nimis supina & crassa esse.

*ff. de ign. l.
& facti.*

XXVIII. Jcti distinguunt inter ignorantiam Juris & Facti.
Qvæ distinctio non absimilis est ei, quam ex Aristotele produximus.
Jus vero vel est *Quod nūc naturale* vel *quod nūc legale*. Prius Jcti ap-
pellant Jus gentium, posterius civile. Et est igitur duplex ignorantia
juris, vel juris naturalis vel legalis. Ignorantia juris naturalis coincidit
cum ignorantia universalium: atque igitur non excusat. Huc per-
tinent illa pronunciata: *Ignorantia juris cuique nocet. Juris ignorantia
non prodest.*

*Arist. l. 5.
Eth. c. 7.*

XXIX. Non qualibet juris legalis ignorantia tam crassa atque
affectata

*l. 9. in pr. ff.
b.t. & l. 4.*

affectata est, ut excusationem non mereatur. Distinguimus igitur
inter tres casus: vel eni in ius publice propositum continet ea, quæ
omnes Reipubl. cives ignorare nec possunt nec debent: velea, quæ
ignorari non debebant, sed nec cognoscit nisi exactissimè diligentia
possunt, & quidem ut doctiores consuluntur: vel ea, quæ respectu
hujus vel illius hominis, respectu ejus conditionis, adhibita diligentia,
qualis ab eiusmodi homine in tali statu exigitur, cognosci nequeunt.
Ignorantia primi est lata culpa, & non meretur excusationem. Alter-
ius ignorantia levissima culpa existimat, quia consulendo pruden-
tiores diligentiores non sunt imitati. l. 2. §. fin. ff. quis ordo in poss.
serv. Tertii denique ignorantia meretur excusationem. Optimè
de his Philosophus: Eos quoque puniunt, qui aliquid eorum ignorant,
quæ ad leges pertinent, à dī. Ita si dī. qz. pī. x. et ceteris, que qui-
dem & scire debeant, & difficultas non sunt. Similī modō in aliis, que-
cunque ignorare per negligentiam videntur, eò quod in ipsis sit non ignora-
re, quippe adhibende diligentia domini sunt & potestatem habeant.

*l. III. Eth.
c. 7.*

XXX. Deinde ignorantia juris distinguvi potest ratione Perso-
narum. Quædam enim ratione officii ac professionis jus scire debent,
& si ignorarent, latam committunt culpam, atque adeò excusatio-
nem non merentur. Ratio ejus redditur in l. 2. §. 22. ff. d. O. I.
Quædam vero, à quibus similis peritia non exigitur, aliquam suę actio-
nis excusationem habent.

XXXI. Ignorantia facti est, quæ ignoratur, quid contigerit. Di-
viditurq; in eam, quæ est facti proprii, & eam quæ est alieni.

XXXII. Ignorantia juris ~~rum~~ legalis sive particularis sive civi-
lis non videtur referri posse ad ignorantiam ~~rum~~ in ea parte particula-
rium sive circumstantiarum, secus ac Burgersdicius censet. Igno-
rantia facti autem cum eadem recte confertur.

XXXIII. Cum expositum sit, quid sit ~~an~~tor, facile dictu est,
quid sit ~~in~~tor. Hoc vero ita describitur à Philosopho: *Q' in*tor
est, & *q' d'x' er' n' c'd'lo* *Q' r'f' exa'c' i'c' d'is i' w'g'z'is*. Sponta-
neum sive sponte factum est, cuius principium est in eo qui agit, par-
ticularia cognoscente, in quibus actio consistit.

*l. 3. Eth. c.
3.*

XXXIV. Conjungit Philosophus ~~in~~tor, ut opponitur ~~n~~
~~an~~tor. In ~~an~~tor per vim, & ruf d' ~~in~~tor per ignorantiam. Est tamen
duplex

III. Eth. c. 4.
duplex significatio τὸ ἐνστοῖς, ut est ipsius ἀνθρώποις. Quod vel ex eo
liquet, quod Philosophus dicit, τὸ ἐνστοῖς οὐ μᾶς οὐ ἄλλα ζῷα
καὶ γένεα, spontaneum quoque in pueris & aliis animalibus esse. Sancte
ἰεράτοις ut describitur in proximā superiorē thesi, brutis non com-
petit. Competet igitur aliā notione, hac nimirum, quā ἐνστοῖς
Seorsim opponitur τὸ ἀντοῖς λόγοι invītē factō, & qvidem per vim.
Facile etiam eo occurri potest eorum dubitationi, qui disqui-
runt, an solus homo sponte agat. Hoc enim potest vel affirmari vel
negari, prout vocis est significatio.

XXXV. Sæpe fit, ut ἐνστοῖς utriusque significatus concurrat,
ut si quis sponte verberet hostem, & sciat, se hostem verberare. Ex
eo autem non debet colligi, quodvis ἐνστοῖς esse tale, cuius principi-
um est in agente, sciente singulas actionis circumstantias. Consider-
rentur & hæc Aristotelis: οὐ τὸ ἐγκίρων, ἐνστοῖς μὴ λέγομε,
etiam ea, quæ de improviso fiunt, spontanea dicimus.

3. Eth. c. 4.
XXXVI. Ut actio aliqua prava judicetur, debet ἐνστοῖς esse
utroque significatu, hoc est, ita ut principium actionis sit in ipso agen-
te: deinde ut agens sciat singulas actionis circumstantias. Si quis enim
feriat, quem hostem publicum putet esse, qui tamen non sit, non est
actio simpliciter prava sive mala.

IX. de leg.
XXXVII. Ut actio judicetur recta, necesse est eam ἐνστοῖς esse.

Sunt autem rectitudinis quæ in actionibus est, gradus qvidam, quos
Aristoteles præclarè exponit l. II. Eth. c. 3.

XXXVIII. Quid statuendum de Platonico pronunciato, virtiorum ha-
bitus ἀνθρώποις esse, neminemq; sponte fieri malum? Existimamus,
si commode intelligatur, neque magna vocabulorum ἀνθρώπαι exi-
gatur, non male se id habere.

Ep. 61.
XXXIX. Illud quoque quod Seneca monet, ut operam demus,
ne quid unquam inviti faciamus, satis recte se habet, si modo eadem,
quæ diximus, ἀνθρώπαι non requiratur.

XL. Quid qvidam scribunt, ἀνθρώποις & ἐνστοῖς esse actionum
humanarum principia, id nobis videtur minus recte se habere. Non
id quod per vim aut ignorantiam sit est actionis principium, sed ipsa vi-
olentia aut ignorantia. Requisitum igitur sentiunt, qui actionum attri-
buta & differentias, ea dicunt esse.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730215970/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730215970/phys_0011)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730215970/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730215970/phys_0012)



affectata est, ut excusationem non mereat
inter tres casus: vel enim jus publice pro
omnes Reipubl. cives ignorare nec possunt
ignorari non debebant, sed nec cognosci i
possunt, & quidem ut doctiores consulenti
hujus vel illius hominis, respectu ejus condit
qualis ab ejusmodi homine in tali statu exigit
Ignorantia primi est lata culpa, & non meret
tius ignorantia levissima culpa existimatur, q
tiores diligentiores non sunt imitati. l. 2. §.
serv. Tertii denique ignorantia meretur e
de his Philosophus: *Eas quoque puniunt, q
uae ad leges perirent, & deū dñe dñq. &
dem & scire debant, & difficultas non sunt.* Si
cunque ignorare per negligentiam videntur, eò q
re, quippe adhibende diligentia domini sint & p

XXX. Deinde ignorantia juris disting
narum. Quædam enim ratione officii ac prof
& si id ignorent, latam committunt culpam
nem non mereatur. Ratio ejus redditum
Quædam vero, à quibus similis peritia non exi
nis excusationem habent.

XXXI. Ignorantia facti est, quæ ignorat
viditurq; in eam, quæ est facti proprii, & eam

XXXII. Ignorantia juris *ropiuss legalis* s
lis non videtur referri posse ad ignorantiam
rium sive circumstantiarum, secus ac Burgers
rantia facti autem cum eadem recte confertur

XXXIII. Cum expositum sit, quid sit à
quid sit *inxsor.* Hoc vero ita describitur à Pl
esiv, & in dñxj cī tñ dñdōl C' ual' exage, cī d
nrum sive sponte factum est, cuius principiū
ticularia cognoscente, in quibus actio consistit

XXXIV. Conjungit Philosophus *inx
sor.* q; p. B; per vim, & tñ dñ dñ agnosca per ig




Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.
Patch Reference numbers on UTT

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.
Patch Reference numbers on UTT

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.
Patch Reference numbers on UTT

musigitur
et ea, quæ
et ea, quæ
diligentia
et respectu
diligentia,
nequeunt.
m. Alter
o pruden
to in poss.

l. III. Eth.

6. 7.

Optime
ignorant,
que qui
llis, que
on ignoran
nt.

ne Perso
e debent,
excusatio
F. d. O. I.
ue actio-

gerit. Di

sive civi
articula
Igno

lictu est,

inxsor l. 3. Eth. c.

Sponta
git, par

nitur q; f
stamen
duplex